

## SCHEDA DI REGESTO

### PERGAMENA N. 27

COLLOCAZIONE:	Comune di Atesa- Archivio storico
SERIE:	Fondo pergamene n. 27
DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:	Concessione di territori ad Atesa
ESTREMI CRONOLOGICI:	26 agosto 1322
CONDIZIONAMENTO:	Cassettiera di legno
SUPPORTO:	Membranaceo
DIMENSIONI:	Altezza 30 Larghezza 36 Diagonale 46
NUMERO DELLE CARTE:	1
NOTE:	Scrittura minuscola diplomatica

#### SUNTO:

Napoli, 26 agosto 1322

Carlo, primogenito del re Roberto e suo vicario generale, conferma una precedente lettera regia del 26 marzo 1319, con la quale si invitava il giustiziere d'Abruzzo a consentire all'università di Atesa il pacifico possesso del territorio di Montecalvo, di Selva Piazzano, di Fara e di Guarende, e anche del casale di Castelluccio.

#### TRASCRIZIONE:

1. Karolus illustris Jerusalem et Sicilie regis Roberti primogenitus, dux Calabrie ac eius vicarius generalis, iusticiariis Aprucii citra flumen Piscarie presenti et futuris,
2. fidelibus paternis / et suis salutem et dilectionem sinceram. Pridem vobis, pro universitate hominum terre Atisse regnorum nostrorum fidelium nostris,
3. direximus licteras subscripti tenoris per omnia post sa/lutem. Ad presidentis spectat officium iurgia tollere, dissidia supputare sicque prudenter agere sue
4. iurisdictionis oportuno presidio ut, dum facultas contendendi de facto tol/litur,

- concertandi noxia materia sopiatur. Sane oblata nobis pro parte universitatis hominum terre Atisse patemorum nostrorumque fidelium, peticio continet quod,
5. cum ipsi iuxte ac rationabiliter / teneant et possideant per se et alios, eorum nomine possidentes, territoria Montiscalvi, silvam Placzani, territoria Fare ac
  6. Guarende nec non casale Castellucii de pertinentiis diete terre / Atisse cum iuribus, racionibus et pertinenciis eorumdem, officiales castri Jannacii, de iurisdictione nostra, universitatem iam diete terre super possessione dicci territorii
  7. Montiscalvi, nec non dominus / Ramundacius Caudola seu officiales vel familiares ipsius, super possessione pretacti casalis Castellucii ac eiusdem
  8. territorii Fare tenent ++<sup>i</sup> indebite et multipliciter inquietane, / non permictentes universitatem predictam bonorum ipsorum pacifica possessione gaudere, in eorum
  9. grave preiudicium et gravamen, super quo provisionis nostre remedium suppliciter extitit / imploratum. Nos ergo, nolentes quempiam in suis iuribus iniuste opprimi vel gravari, fidelitati vestre, vicariatus qua fun<sup>g</sup>imur auctoritate, mandamus
  10. quatenus si premissis veritas suffra/gatur, vos, presens iusticiarie, universitatem eandem super possessione bonorum ipsorum, que fuste tenet et possidet ut
  11. prefertur, fusti favorir presidio manuteneatis, protegatis et / etiam defendatis, molestatores eosdem seu quoslibet alios quod a quibuslibet indebitis super hoc inferendis de cetero molestiis et turbationibus omnino desistant ac universitatem /
  12. eandem pacifica bonorum ipsorum possessione gaudere permictant, per impositiones penarum et exactiones eorum, si in illa inciderint, ac alfa debita et
  13. oportuna iuris remedia compul/suri. Vosque alii successive futuri, quamdiu possessionis eiusdem fusta causa duraverit, iam dictam universitatem modo simili
  14. manuteneatis, protegatis ac etiam defendat/s in illa, ita quod ulterius inde vobis scribere non sit opus. Pecuniam vero totani, quam ex dictarum commissione
  15. penarum recipere forsitan vos contin<sup>g</sup>eret, ad regiam cameram / destinetis,

- significaturi nobis totem processum quem habendum duxeritis in premissis;
16. subiungimus nichilominus et iubemus expresse ut, si universitas eadem / seu aliqui ex universitate predicta per prefatos turbatores vel ex eis aliquos possessione dictorum bonorum seu aliquorum ex eis fuerint vel erunt in antea
  17. spoliati, partibus in / vestri presentii convocatis, si sommarie de plano absque strepito et figura iudicii ac oblacione libelli vobis reni constiterit ita esse, ad
  18. restitutionem possessionis illorum ex pre/dictis bonis quibus sic fuerint spoliati, cum fructibus medio tempore inde perceptis eisdem spoliatis, prout iustum fuerit
  19. faciendam, iuxta regii capitoli seriem procedatis instanter, / ita quod ulterius inde vobis scribere non cogamur. Si vero spoliatores iidem credant in bonis ipsis
  20. aliquod ius habere, illud si voluerint coram competenti iudice, ordi/ne debito prosequantur, presentibus post oportunam inspectionem earum remanentibus presentanti efficaciter in antea valituris. Datura Neapoli per Andream Cuminum /
  21. de Neapoli iuris civilis professorem, locumtenentem prothonotarii regni Sicilie anno domini millesimo trecentesimo nonodecimo, die vicesimosexto marcii /
  22. secunde indictionis re<sup>g</sup>norum dicti domini patris nostri anno decimo" +++<sup>ii</sup>. Sicut autem habuit querimonia displicens pro parte iam dictorum exponentium noviter
  23. facta nobis, / quamquam iam dieta universitas prescriptas nostras licteras in turbationum molestacionumque casibus illatarum et per diversas victis ut ponitur
  24. super eorundem bonorum possessione pacifi/ca perturbatores et molestatores eosdem precessoribus nostris in ipso iusticiariatus officio seu illorum pluribus sub
  25. illarum executionis fiducia presentavit, ipsi tamen iussiones / nostras huiusmodi dantes neglectui, prescriptas nostras exequi ut debuerunt licteras non curarunt.
  26. Propter quod iidem exponentes, prenotatas licteras nostras nullum si/bi presidium contulisse cernentes ex negligentia seu malicia officialium prefatorum ac verentes ex preteritis verisimiliter de futuris, oportunum in hiis <sup>P</sup>rovisionis nostre /

27. remedium suppliciter implorarunt. Nos ergo proviso pensantes, premissa, si vera
28. sint, gravi forti redargutione quinpotius punitione condigna, cum mandati contemptum superioris importent, fidelitati vestre, sub pena unciarum auri quinquaginta aliaque graviore pena contrafacientibus pro motu nostri arbitrii
29. infligenda, districte precipimus quatenus, tara vos presens quam vos alii iusticiarii successive futuri, eorundem litterarum forma diligenter actent, illas
30. ad diete universitatis instantiam / exequi iuxta earum mentem et seriem efficaciter studeatis, sicut pene prescripte subiacere non cupitis et indignationis nostre
31. dominice severitatem formidatis. Presentibus post oportunam inspectionem earum apud universitatem eandem remanentibus pro cautela efficaciter in antea valituris.
32. Datum Neapoli per Johannem Grillum de Salerno / iuris civilis professorem, locumtenentem protonotarii regni Sicilie, anno domini millesimo cccxxii die xxvi augusti v indictionis regnorum dicci domini patris nostri anno decimo quarto.

---

<sup>i</sup> a margine del documento, nota di mano più tarda non leggibile

<sup>ii</sup> a margine del documento, nota di mano più tarda non leggibile